

Nicolaus Dresdensis

Krmíčková, Helena (editor)

Contra Gallum : (editio critica)

In: Krmíčková, Helena. *Studie a texty k počátkům kalicha v Čechách*. 1. vyd.
V Brně: Masarykova univerzita, 1997, pp. [165]-195

ISBN 8021015330

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/122839>

Access Date: 28. 11. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

PETRUS PAYNE
QUIA NOSTRI TEMPORIS HOMINES

(editio critica)

Cod. D — bibl. Capit. Metrop. Pragensis D 109.2, f. 157r–166v

Cod. G — bibl. Ducis Augusti Guelferbyti Cod. Guelf. 669 Helmst., f. 238r–244v

D 157r
G 238r

|| Replica Magistri Petri Anglici contra scripta prefati Galli

Quia nostri temporis homines utinam non in fide katholica vacillantes nituntur
inaniter tamen preceptum comunionis sacramentalis sub utraque specie infringere
et alios ab eadem comunione modo non columbino, sed serpentino subtrahere,
expedit michi aliud contra tales in parte invehere per media talia, qualia Deus
concesserit, et eorum, secundum quod congruit, rationes ostendere non valentes.
Et finaliter, si oportebit, annectam auctoritates, quibus patebit cuilibet habenti spi-
ritum simplicem, non ypocriticum et blandum et inconstantem, comunionem
de qua prius cadere sub precepto. Et ut opus hoc ordinacius perficiam, rationes
quasdam adversariorum in hac parte fundamentaliter destruam, quibus cecantur
secundum eorum demeritum et Dei permissionem, supponendo eis quasdam
necessarias veritates, ex quibus patebit clare rationes adductas pro eis contra pre-
ceptum comunionis prefate et eius necessitatem solutas et modice esse efficacie
aut nullius, quarum in ordine sit hec prima:

Suppono primo, quod inter communicare et communicare quottidie sit differen-
cia tamquam inter mayus commune et minus commune. Patet hec suppositio ex
duobus: Primo, quia omne habens se per modum appositionis respectu alterius
inferius est eo. Secundo, quia prius et superius est, a quo non convertitur sub-
sistendi consequentia. Ergo suppositio vera. Ex qua suppositione ergo habita et
concessa tamquam inevitabiliter pro hac via sequitur plane destructio totius fun-
damenti, quo quidem nituntur probare, quod comunio sacramentalis non cadit
sub precepto, in namque auctoritatibus per adversarium adductis non probatur,
quod comunio sacramentalis non cadat sub precepto, sed bene ostenditur, quod
quottidie communicare non cadit sub precepto. Et facio adversarium | iudicem in
hac parte, an hec consequentia valeat vel non: Communicare quottidie sacramen-

D 157v

1 Replica...Galli : Tractatus pro comunione calicis G — 3 inaniter *om.* G — 5 aliud *om.* G — 8
ypocriticum : ypocritum G — 9 *verbo* sub *suprascriptum* de D — 9–10 rationes quasdam adversa-
riorum : quasdam adversariorum rationes G — 11 eis : eisdem G — 15 communicare quottidie : cot-
tidie communicare G — 17 habens se : se habens G — *verbo* appositionis *suprascriptum* additionis
D — 18 prius et superius est : prius est et superius G — 19 ergo habita : ergo *om.* G — 21 quidem
: quidam G — 23 cadat : cadit G — 25 vel : an G

taliter non cadit sub precepto, ergo communicare sacramentaliter non cadit sub precepto, quam consequenciam dicet non valere. Si sua loyca in aliquo valeat, per talem enim consequenciam posset probare, quod baptismus non cadit sub precepto. Sed que heresis nefandior? Et quod auctoritates adducte non plus probant
 30 pertinere ad propositum, patet primo per auctoritatem Augustini adductam, ubi inter cetera sic dicitur: „Alia vero que per terrarum loca regionesque variantur, sicuti est, quod alii ieiunant sabbato, alii non, alii vero quottidie communicant corpori et sanguini Cristi, alii certis diebus accipiunt, et si quid aliud huiusmodi
 35 animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observaciones“, quod enim neque contra fidem est, et allegatur De consecracione distincione 2^a, „Quottidie eukaristiam“. Notet enim adversarius verba Augustini, cum dicit: „Alii vero quottidie communicant, alii certis diebus“, et tunc sibi patebit, quod non probavit ex auctoritate Augustini aliqua, quod comunio | sacramentalis non cadit
 40 sub precepto, plus, quam probet, quod ieiunare non cadit sub precepto, quia ieiunare sabbato non cadit sub precepto. Sed timeo, cum adversarius viderit se in propriis allegacionibus illaqueatum bene sciendo, quod non sequitur: Ieiunare sabbato non cadit sub precepto, ergo ieiunare non cadit sub precepto. Et per idem sequitur, quod hec consequencia non valet: Communicare quottidie sacramentaliter non est preceptum, ergo communicare sacramentaliter non est preceptum. Tunc
 45 dicet se esse simplicem ignorantem argumenta subtilia, cum tamen in rei veritate sit satis astutus in cognoscendo et querendo quedam diverticula minus yppocrita, que ante tribunal iudicis quantum valebunt, sciet in futurum. Ecce faciendo illam consequenciam *Magna cena sacramentalis non est precepta, ergo nec dum comodosse haberi potest* etc. sic coniungit, „quod antecedens sit verum, patet“, ut dicit,
 50 „ex verbis Augustini“, sed quod idem pateat ex verbis Augustini allegatis ab ipso, numquam probabit, | nisi saltem prius probaverit, quod hec consequencia sit bona: Quottidie communicare non est preceptum, ergo nec communicare est preceptum, semper intelligendo sacramentaliter, quia alias non est ad propositum.

G 238v

D 158r

31–32 Alia...est om. G — 33 Cristi om. G — aliud huiusmodi : aliquid G — 35 est : etc. G — et : et quod G — 36 eukaristiam : eukaristiam etc. G — 39 probet : probat G — 43 consequencia om. G — 44 ergo...preceptum om. G — 45 ignorantem : ignorantem se D — 46 yppocrita : ypocritica G — 47 sciet : scient D — 49 sit om. G — 50 Augustini, sed : Augustini nunquam probabit, sed G — idem : illud G — allegatis ab ipso : ab ipso allegatis G — 53 semper intelligendo : in tali modo semper D — alias : aliter G

30 cf. Galli Asserunt quidam, *editionis criticae in hoc volumine* p. 138

31 Aurelius Augustinus, Ad inquisitiones Januarii liber primus seu Epistola LIV, c. II, MPL 33, 200 = D. 12 c. 11, Friedberg I, 29

36 cf. De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1318 = Pseudo-Augustini De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XXIII (al. 53), MPL 42, 1217

48 Gallus, o.c., 137

49–50 Gallus, o.c., 137–138

Quantum ad 2^m, quod tangitur a meo amico occasionaliter, sed tamen veritatis adversario ignoranter, ut putatur, quomodo ipse nititur, ut sibi apparet convenienter, sed tamen realiter nimis inconvenienter, ostendere, quod *Magna cena sacramentalis non est precepta* ex verbis venerabilis doctoris Gorram. In cuius verbis saltem allegatis non fit mencio, an sit preceptum vel non, sed tangitur sententia-liter a doctore predicto in verbis suis assumptis ab adversario arguitive, quod sacramentum altaris venerabile non sit tante necessitatis, quod absque eo salvari nemo possit, quod ego concedo, sicut et sententiam Augustini innuentem, quod absque sacramentali manducatione potest esse salus. Sed tamen nullus bonus loicus diceret, quod ista consequentia est bona: Ista manducatio sacramentalis non est tante necessitatis, quin sine ea potest esse salus, ergo illa *magna cena sacramentalis non est precepta*; ex ista namque consequentia, si esset bona, sequeretur subversio fidei cristiane. Multa enim signanda sunt, sine quibus potest esse salus, et tamen cadunt sub precepto (sicut patet de baptismo in aqua materiali et de preceptis affirmatis), que semper obligant, ut noscunt theologi, sed non ad semper. Et sic patet diligenter consideranti verba Gorram doctoris, quod illud antecedens, scilicet quod *Magna cena sacramentalis non est precepta*, nec sequitur nec innuitur in verbis suis, cum de hac ibi nulla fit mencio, ut videtur, sed tamen quia quidam credere possunt, quod talis manducatio sacramentalis non est necessitatis ex verbis doctoris prefati. Ideo suppono adversario cum suis complicibus sententiam eiusdem doctoris Gorram in loco ab ipso allegato super Iohanne declarantem illam necessitatem, de qua loquitur ibi sic: „*Est manducatio spiritualis et est manducatio sacramentalis.*“ Et subdit, quod sacramentalis „*non est necessitatis, quantum est | de insti|tucione sacramenti; spiritualis vero est de necessitate*“, et consequenter ibidem annectitur, quod „*virtute huius sacramenti eukaristie omne bonum augetur in nobis*“. Que verba si bene advertisset adversarius, non estimasset, ut iam estimat, scilicet quod istud sacramentum est nullius necessitatis. Cum ergo *omne bonum virtute huius sacramenti in nobis augetur*, patet, quomodo dat

56 nimis : minus G — 61 possit : posset G — innuentem : invehentem G — 63 consequentia est bona : est bona consequentia G — 64 potest : posset G — 71 hac : hoc G — fit : sit G — tamen : tantum D — 72 quidam : quidem D — 73 cum : unacum G — 74 Iohanne : Iohannem G — 75 ibi : ubi G — 80 estimat : estimavit G — istud : illud G — est nullius : nullius est G — 81 huius : illius G

56 cf. Galli *o.c.*, 138–139

57 cf. Bonaventurae Commentarium in Evangelium s. Ioannis, c. VI, Opera omnia VI, Quaracchi 1893, 334

61 cf. De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405, cf. etiam De consecr. D. 2 c. 36, Friedberg I, 1326–1327; cf. Aurelii Augustini Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Romanae ecclesiae episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44, 570

75 Bonaventura, *o.c.*, 334; cf. Galli *o.c.*, 139

76 Bonaventura, *o.c.*, 334

78 Bonaventura, *o.c.*, 335

- vitam gratie*, quia gradum gratie aliquem superaddit gratie prerequisite ad eius sumpcionem. Et non credat fidelis aliquis, quod ex verbis doctoris Gorram sequatur, quod manducatio sacramentalis non est necessitatis, sed bene ex verbis suis
- 85 sequitur, quod *non est necessitatis, quantum est de institutione sacramenti*. Ad quorum verborum intellectum oportet fidelem cognoscere, quod consecratio materie est ibi sacramentum, quia corpus Cristi ibi continetur, sed in aliis non est materie consecratio sacramentum, sed in usu consistit sacramentum, et ideo nul-
- 90 lam formam habent nisi in usu, sed istud solum in consecratione habet formam. Hec Thomas super 4^o suis questionibus, questione 41^a. Non ergo sequitur: Hec manducatio sacramentalis non est necessitatis, quantum est de institutione sa-
- 95 *cramenti, que respicit materie consecrationem, ergo non est necessitatis, quia ab inferiori ad superius arguitur negative a parte predicati, non valet ergo consequencia*. Ubi autem adversarius dicit, quod *si est preceptum, est lex, sed non est*
- 100 *lex, ergo non est preceptum*, concedo, quod *si est preceptum, est lex*, sicut innuit beatus Ambrosius, quem adducit, libro De viduis. Sed tamen dicit in brevi: „*sed non est lex*“; hoc aduc nondum probavit ratione nec auctoritate, sed dicit satis subtiliter ad terrorem sibi adversancium et nimis verbaliter ad sui confusionem, quod *ex auctoritatibus ab ipso allegatis possent hic multa inferri correlaria, quod*
- 105 *conclusio est falsa*, que tamen gracia brevitatis comittit intelligentibus, sed verum huiusmodi correlarium non assignabit ex omnibus illis auctoritatibus. Nam si dominus suus papa cras diceret unacum concilio generali cleri asertive, quod illa conclusio est vera, scilicet *Magna cena sacramentalis, quam fecit quidam homo, ymmo Deus et homo, ex cibo et potu sacramentalibus ad sumendum Cristi sacerdotibus | et plebibus, dum comode haberi potest oportunis loco et tempore, est precepta* etc., ubi tunc essent sua correlaria, ex quibus sequeretur, quod conclusio illa est falsa? Caveat ergo adversarius per dicta sua et scripta, ne magis post hoc fluctuet et vacillet, quia consciencie remorsus erit sibi post hoc, ut estimo, penalis.
- 110 Consequenter adversarius nititur improbare unam suppositionem catholicam, hanc videlicet: *Hec Dominica cena est generalis et summa medicina cristianis*

D 159r

87 est ibi : ibi est G — 97 aduc nondum : nec adhuc G — 99 quod ex : quod patet ex; patet *postea add. D* — possent hic : posset G — 100–101 sed...auctoritatibus *om. D* — 102 concilio : concilio suo; suo *del. D* — 103 Magna cena : Cena magna D — 105 oportunis : oportunitas G — 106 ex quibus : in quibus G — 109 penalis : nimis penalis G

90 *cf. e.g.* Thomae de Aquino Scriptum in Quartum librum Sententiarum Magistri Petri Lombardi, d. XII, q. III, a. I, Opera VII, Venetiis 1593, 65v

94–97, 99–100 *cf.* Galli *o.c.*, 139

96 *cf.* Ambrosii De viduis, c. XII, MPL 16, 256

103 Iacobellus de Misa, Magna cena, *editionis criticae in hoc volumine* p. 131, *cf.* Galli *o.c.*, 137

111 Iacobellus de Misa, *o.c.*, 131, *cf.* Galli *o.c.*, 140

specialiter infirmis et fragilibus, sine tamen peccato mortali existentibus in quocumque statu fidelium. Et ista nititur improbare per hoc medium, quod alia
 G 239v cena preexigitur tamquam prior, | sine qua presupposita hec hominem mortificaret, scilicet dolor et contritio preexiguntur ante istam cenam, sine quibus hec 115
 mortificat, ut vult adversarius. Sed miror, quomodo non erubescit facere istam consequenciam: Alia cena huic preexigitur aut est prior ista, ergo hec Dominica cena non est generalis et summa medicina cristianis etc. Iste autem modus arguendi tolleret et subverteret omnem ordinem, ubi media aliqua preexiguntur fini. 120
 Et caveat bene adversarius in ista sua consequencia, cui alteram eidem consimilem coniungam, per quam sibi patebit in parte sua inercia, et est ista: Merita cristianorum preexiguntur et sunt priora beatitudine celestis patrie, ergo tunc illa beatitudo non est generalis et summa medicina indigentibus eadem. Quia autem adversarius volens predictam supposicionem improbare annectit quedam verba insulse et inepte, quibus nititur improbare probacionem illius supposicionis katholice predictae, scilicet ista: „*Si diceret: Est medicina illis, qui sunt sine peccatis mortalibus. Si sic, tunc probacio supposicionis est nulla, ymmo false verba Cristi Mathei IX sunt adducta, que dicunt: Non | est opus valentibus medico, sed male habentibus, quia male habentes sunt homines mortaliter peccantes et valentes sunt sine peccatis mortalibus Deo servientes, ut probat idem Cristus dicens: Non 130*
 D 159v *veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Ex hoc patet, quod claudicant adversarii in supposicione et eius probacione, quia si medicus Cristus tantum vocaret peccatores sine peccatis mortalibus et illis tantum vellet dare summam et generalem medicinam, verba ewangelistarum et sanctorum expositorum transirent, quia Luce 15 dicitur: Erant apropinquantes ad Iesum publicani et peccatores, ut audirent illum, scilicet tamquam verum medicum animarum. Non dicit ewangelista sine peccato mortali existentes. Ex hiis per modum correlarii potest responderi ad argumentum primum, quod fundatum est in supposicione et eius probacione, que cum probacione patitur calumpniam, et sic nichil probat.*“ etc. 135
 Hec autem verba omnia sunt adversarii dicta in hoc passu, que quia sunt inepte posita nichil ad propositum suum contra dictam cenam valencia nec contra supposicionem, ideo ea tamquam impertinencia iam dimitto. Quod si sciverit post hoc clare deducere, quod hec sua verba aliquid faciant ad propositum, habebit responsum sibi infringibile Deo duce. Ne tamen prefate supposicionis veritas taceatur, dimissis verbis predictis adversarii nimis frivole dispositis videamus, quo- 140
 145

114–115 mortificaret : mortificat G — 115 cenam om. G — 119 tolleret : tollet G — subverteret : subvertet G — 126 ista : istam G — diceret : dicerent G — 127 est nulla : nulla est G — 129 quia : quia homines G — 140 quia : quia ita G

114 cf. Galli o.c., 140

126 Gallus, o.c., 140–141

modo veritas ostendi poterit predictae suppositionis. Ecce quid dicit Thomas super 4^{to} suis questionibus, questione 34^a, ubi sic: „*Eukaristie sacramentum habet in se Christum realiter, cum Christus realiter continetur in illo; in aliis vero virtualiter.*“ Item idem Thomas super eodem, questione 39^a: „*Eukaristie sacramentum est misterium unitatis et unit membra capiti et continet in se cibum et potum, per quod intelligitur societas capitis et membrorum.*“ Item idem super eodem, questione 49^a: „*Eukaristia datur in medicinam curativam egritudinis et preservativam sanitatis, quia per gustum | homo mor|tem incurrit, ideo per gustum vitam acquirit. Item eukaristie sacramentum delet venialia, mortalia cavet, robur et fulcimentum confert salutis, augmentum caritatis prestat, ad gaudium perducit eterne felicitatis, fidelium defunctorum penas relaxat et resolvit.*“ Hec Thomas super 4^{to} suis questionibus, questione 49^a. Ex quibus verbis patet satis clare, quod *hec Domini cena sit generalis et summa medicina specialiter cristianis infirmis et fragilibus, sine tamen peccato mortali existentibus in quocumque statu fidelium.*

D 160r
G 240r

Ulterius iam videndum est, an similitudo, quam negat adversarius, sit bona, que est ista: „*Sicut baptisacio Spiritus est precepta cuncto populo cristiano in baptisacione sacramentali, sic manducacio corporis Christi realis et spiritualis in sacramentali.*“ Hanc similitudinem negat annectens causam: „*Nam*“, ut dicit, „*Cristus cum baptisacione spirituali expressit et precepit sacramentalem dicens Iohannis 3^o: Nisi quis renatus fuerit etc., et non sic expressit manducacionem sacramentalem cum spirituali. Eciam non est simile, quia manducacio spiritualis est sine sacramentali et salvantur per eam, sed baptisacio spiritualis non est sine sacramentali, ut sancti dicunt.*“ Hec adversarius. Hic suppono adversario, quod ad similitudinis unitatem non requiritur, sed sufficit similitudinis extrema in aliquo quamvis non omnimode querere. Patet hec suppositio per hoc, quod aliter nulla in toto mundo esset bona similitudo, cum in aliquo discrepent extrema cuiuscumque similitudinis proprie dicte assignande, que non est eiusdem ad se. Qua suppositione prehabita patet infallibiliter priorem similitudinem esse bonam hoc saltem probato, quod manducacio spiritualis in sacramentali cadit sub precepto, quod post probabitur, si oporteat, ut estimo, satis clare. Si autem causa adver-

146 suppositionis om. G — dicit : -cit *suprascriptum verbo dicat D* — 148 continetur : contineatur G — vero *suprascriptum verbo* autem D — 151 capitis : corporis G — 156 relaxat : flexat G — 158 specialiter cristianis : cristianis specialiter G — 166 cum : in D — 167-168 et salvantur...sacramentali om. D — 168 adversarius : adversarius etc. G — 169 unitatem : bonitatem G — 170 quamvis : convenire quamvis G — querere om. G — 175 post probabitur : patet probabiliter D

147 Thomas de Aquino, Quaestiones de veritate, q. XXVII, a. III, Opera VIII, 474r

149 cf. e.g. Thomae de Aquino Scriptum in Quartum librum Sententiarum Magistri Petri Lombardi, d. VIII, q. I, a. II, Opera VII, 39r

152 *sententiam integram non inveni, partes eius in operibus Thomae Aquinatis passim*

161 Iacobellus de Misa, o.c., 132, Gallus, o.c., 141

163 Gallus, *ibidem*

sarii, quam assignat tamquam sufficientem ad negandum similitudinem, valeret breviter, nulla similitudo esset concedenda, cum semper assignanda sit in omni similitudine extremorum aliqualis disparitas. Et sic non essemus misericordes, sicut et Pater noster est misericors, cum ipse sit eternaliter misericors, nos autem sic esse non possumus. | Sed que maior insania quam propter hoc negare similitudinem? Errorem eciam, quem applicat adversarius (et forte si teneatur pertinaciter, est heresis), videlicet quod *baptisacio spiritualis non est sine sacramentali*, non audeo pertransire sine aliquali salutacione eiusdem. Ecce dicat adversarius michi de Cornelio et aliis sibi adiunctis, de quibus habetur Actuum X^o, super quos Spiritus Sanctus ceciderit Petro eis loquente, an prius susceperunt Spiritum, quam baptisati sunt sacramentaliter? Et patet ex textu ibidem, quod sic patet, ergo quod prius baptisati sunt spiritualiter quam sacramentaliter. Et sic pro illo | tempore fuit baptisacio spiritualis absque sacramentali et postea sibi successit baptisamus sacramentalis. Eciam adultus volens baptisari veraciter versus sacerdotem accedens pro suscipiendo baptismo et discedens in itinere baptisatus est spiritualiter et non sacramentaliter, igitur dictum adversarii videtur erroneum in hac parte. Illas autem auctoritates Augustini, que faciunt ad hoc, quod parvuli decedentes absque baptismo sacramentali carebunt eterna beatitudine, tamquam in pertinentes materie principali brevitatis causa pertranseo.

Et ad quandam responsionem adversarii condescendo, in qua primo dicit se auctoritates allegatas, specialiter Cypriani et Alberti, posse negare subdens pro se causam hanc, videlicet quod sui *adversarii sanctos et alios doctores modernos acceptos ab ecclesia reiciunt*. Sed iste adversarius hoc verbum tacuisset, si sapiens fuisset, cum laudem pro hoc dicto non est dignus reportare. Et adiungit sanctos et alios doctores non precipere manducare sub una specie (sed forte dixisset *manducare et bibere sub bina specie*), *sed in manducacione memoriam passionis Cristi precipiunt fundantes se in verbis Cristi dicentis: „Hoc facite in*

176 ad negandum : ad negandam G — 177 assignanda om. G — 179 est misericors : misericors est G — cum...misericors om. D — 183 sine : absque G — 185 ceciderit : ceciderat D — Spiritum : Spiritum Sanctum G — 190 suscipiendo baptismo : baptismo suscipiendo G — 192 decedentes : discedentes G — 195 quandam responsionem : quasdam rationes D — 197 sui om. G — et alios om. D — 198 acceptos ab ecclesia : ab ecclesia acceptos G — 199 non est dignus : dignus non est G

178 cf. Luc. 6,36

184 cf. Act. 10,44

192 cf. Pseudo-Augustini (Fulgentius Ruspensis) De fide ad Petrum sive De regula verae fidei, c. XXVII, MPL 40, 774, MPL 65, 701; cf. Galli o.c., 142

196–205 cf. Galli o.c., 142

196 cf. Thascii Caecillii Cypriani Epistulam LXIII, 1, CSEL 3, 701; cf. Iacobelli de Misa o.c., 134

196 cf. Alberti Magni Librum De sacramento Eucharistiae, d. III, tr. II, c. V, Opera XXI, Lugduni 1651, 62; cf. Iacobelli de Misa o.c., 135

202 Luc. 22,19; 1. Cor. 11,24

meam comemoracionem^a, et Appostoli I^a Corinthiorum XI^o. Et pro isto est expresse Ieronimus et Bernhardus in tractatu ad Petrum, que causa brevitatis
 205 adversarius obmittit. In hac vero responsione patet expresse satis tota sententia, quam negat adversarius. Ecce quam bene dicit adversarius, quod sancti et doctores | præcipiunt memoriam passionis Christi in manducacione, et certum et notum est adversario, quod hec duo multum differunt: memoria passionis Christi et memorari passionis Christi in manducacione. Et cum utrumque illorum sit preceptum,
 210 patet, quod aliquid est de essentiali ratione unius preceptorum, quod non est de ratione essentiali alterius, sed quod nec manducacio illa, ergo manducacio sine qua memoria passionis Christi in manducacione non potest haberi realiter, cadit sub precepto, quod est directe enervans et destruens totum fundamentum adversarii. Alia vero omnia nichil faciunt ad propositum materie in se, cuiusmodi sunt
 215 illa, que inseruntur de illis 4^{or}, que sunt gravia in Scriptura. Et quomodo heretici exorti profecerunt in ecclesia, pretermitto vice ista: Si tamen iste adversarius intendat per illa scripta, quod sui adversarii sunt heretici, condonet et indulgeat sibi Deus. Arguit autem adversarius consequenter sub hac forma et certum est, quod est potissimum argumentum, quod ab ipso vel suis fautoribus iuxta meum conceptum hactenus est auditum. Dicit ergo sic: „Si antiqui hanc opinionem, que nunc currit, ignoraverunt et precepto contrariabantur, dampnati sunt, ymmo ignorans ignorabitur^a. Et subdit, quod nesciens voluntatem Domini non excusatur, sicut sciens voluntatem et non faciens plagis vapulabit multis. Istud motivum condicionalis in suo antecedente includit duo: unum quod respicit ignoranciam,
 220 reliquum quod pertinet ad precepti contrarietatem, nam sic | assumitur: Si ignoraverunt antiqui et contrariabantur precepto etc. Videamus ergo sensum adversarii in isto antecedente. Estimo autem ipsum sic intelligere de ignorancia antiquorum premissa, quod dicat antiquos patres ideo ignorare istud preceptum, quia simpliciter ipsum nescierunt esse preceptum, et contrarios fuisse huic precepto illos antiquos intelligit, quia istud preceptum non impleverunt vel ei resistebant nescientes,
 230 quod est preceptum, vel putantes, quod non est preceptum. Aliis modis pertinen-

D 161r

G 241r

205 adversarius obmittit : obmittit adversarius G — 207 passionis Christi : Christi passionis G — 208 memoria : memorari G — 210 unius : unius illorum G — 211 quod em. : quid codd. — 214 omnia : omnia que G — 215 inseruntur : interseruntur G — 219 ab ipso : ut ab ipso G — 222 ignorabitur : ignorabitur etc. G — 225 sic om. G — 228 ideo om. G — 229 ipsum : eum G — 230 nescientes em. : scientes codd.

204 cf. Pseudo-Hieronimi Commentarium in Primam epistolam ad Corinthios, c. XI, MPL 30, 752

204 cf. Pseudo-Bernardi Sermonem de excellentia ss. sacramenti et dignitate sacerdotum, MPL 184, 984–985

215 cf. Galli o.c., 142

215–216 cf. Galli o.c., 143

220 Gallus, o.c., 143

222–223 cf. Galli o.c., 143–144

tibus non videtur bene posse intelligi ad sensum adversarii hoc, quod est contrariari precepto. Isto sensu prehabito | videamus, an condicionalis prefata sit bona, cum dicitur: *Si antiqui ignoraverunt hoc preceptum et contrariabantur precepto, dampnati sunt.* Et ut lucidius procedam, suppono adversarium loqui de hoc precepto manducacionis, quod ipse tamen non dicit esse preceptum, quando sic assumit in sua condicionali *Si antiqui istam opinionem ignoraverunt* etc., sic quod ipse vocat idem preceptum in suo scripto opinionem. Et tunc condescendens ad personam adversarii sumo condicionalem pertinenter ad ipsum sic arguendo: Si adversarius ignorat hoc preceptum, quod opinionem vocat, et contrariatur ei, tunc est condempnatus. Et quero, an ipse ignorat illam opinionem. Si dixerit quod non, quia audivit de illa multociens, tunc patet per verba sua, quod illa ignorantia, de qua loquitur, includit per naturam carenciam sciencie, sic quod illi dicantur ignorare hoc vel hoc, qui nunquam de illo audiverunt aut consideraverunt distincte. Quo habito per adversarium tunc suppono sibi, quod hoc preceptum „*Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto*“ etc. diu fuit a Cristo dictum, antequam gentes a Cristo multum distantes de illo audierunt. Que tamen gentes aut saltem aliqua persona ex gentibus huiusmodi mortua est ante promulgacionem sibi factam de hoc precepto? Et assigno unam talem personam per A, tunc sic A per adversarium ignorat preceptum baptismi et contrariatur ei, ergo est dampnatus. Si dixerit adversarius, talis persona non dicitur contrariari huiusmodi precepto, quia numquam fuit informatus, quod hoc esset preceptum, tunc patet ex verbis suis, quod contrariari precepto ponit pertinenter aliquid informacionis vel animadversionis circa preceptum huiusmodi, quod exigitur ad hoc, quod aliquis tali precepto dicatur contrariari, et per consequens antiqui non informati in predicto precepto non proprie dicuntur sibi contrariari. Et ergo si voluerit adversarius dicere, quod nostri antiqui patres non informati in isto precepto non contrariabantur eidem, sed tamen ignoraverunt, et ex illa ignorantia dampnare eos, presertim cum in scripto suo dicit: „*Nesciens voluntatem Domini non excusatur*“, istud erit sibi grave, quia per istud sequitur inevitabiliter, quod omnes, qui decesserunt a tempore, quo Christus hoc mandatum protulit „*Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto*“ etc., usque ad illud tempus, quo fuit illud mandatum | in regionibus sic mortuorum publicatum, sunt dampnati. Sed illud dicere est nimis crudele, cum non videtur personam aliquam obligatam ad huiusmodi

232 quod om. G — 236 esse preceptum : preceptum esse G — 238 idem : istud G — 241 condempnatus : dampnatus G — illam : hanc G — 246 ex...etc. om. G — 249–250 A per adversarium : per adversarium A G — 259 eos : eos contigit G — cum : tamen G — 260 sequitur om. G — 261–262 fuerit ex...Sancto om. G — 262 ad illud : ad istud G — 264 non om. G

246 Ioh. 3,5

259 Gallus, o.c., 143–144

261 Ioh. 3,5

265 preceptum, quod non est sibi publicatum aut cuius noticiam non habet per infu-
sionem aut aliter aliunde. Sed hoc fateor, ubi iste circumstantie concurrunt, quod
homo informatur de aliquo precepto divino et resistit eidem nolens loco et tem-
pore oportunis illud adimplere, sed eidem resistere, et sic finaliter persistere, ut
270 precepti divini sequitur dampnatio viatoris, tunc super dampnacione adversarii
non dubitarem, sed dicerem me scire illam, quia non dubito, tam sciollus non est
ipse, quod sciat omnia Cristi precepta, quia dicere in Novo Testamento particula-
riter, que dicuntur per viam precepti et que per viam consilii, erit sibi opus satis
grave usque ad diem iudicii. Item Paulus quandoque Cristi precepta ignoravit et
275 eis eciam contrariabatur, sed an ex hoc sequatur eius dampnatio, iudicet adversa-
rius et patebit sibi sua consciencia. Eciam ut finaliter post istam diffusam respon-
sionem particulariter loquar ad propositum destruendum adversarii in suo peri-
culoso motivo, adiungam conclusive, quod ponitur in canone De consecracione
distincione 2^a, capitulo „Scriptura“: „Si quis de antecessoribus nostris non hoc
280 servavit et tenuit, quod nos facere Dominus verbo et exemplo et magisterio
docuit, potest simplicitati de indulgencia Domini venia concedi. Nobis vero non
potest | ignosci, quia nunc a Domino moniti et instructi sumus.“ Nam et apposto-
lus Paulus de seipso dicit, quod prius fuit blasfemus et persecutor et iniuriosus,
sed veniam meruit, quia ignorans fecit. Et patet per hec verba tota sententia mea
285 in hac parte. Bonum autem esset adversario, quod sua verba mature poneret. Ecce
quid dicit primo autem, sic loquitur: „Seruus nesciens voluntatem Domini non
excusatur“, et subdit postea, quod „melius est pie confiteri ignoranciam quam
temerarie confirmare, quod ignorat homo“. Cum ergo adversarius adhuc in hac
materia sit ignorans, an cadat sub precepto, vel non, ex ore suo proprio non ex-
290 cusatur et inexcusabilis videtur incorrigibilis. Quo ergo tenditur per hec verba,
iudicet adversarius ista loquens.

Item arguit adversarius sic contra conclusionem *Magna cena sacramentalis*
etc., *dum comodose haberi potest, est precepta*. „Ergo: Non sumens eam, dum
comodose habere potest, peccat mortaliter.“ Ista consequentia videtur neganda

267 informatur : ignorat G — 271 tam : tum D — 272 ipse, quod : quod ipse G — 277 destruendum
adversarii : adversarii destruendum G — 280 facere om. G — 286 Seruus : Omnis G — 288 adversa-
rius adhuc : ad hoc adversarius D — 289 vel : an G — 290 tenditur : tendatur sententia G — 291
loquens : loquens etc. G — 294 habere : haberi G

274 cf. Act. 9,1–2

279 De consec. D. 2 c. 3, Friedberg I, 1315; cf. Petri Payne Replica contra Ungarum insulsum
(Quia quidam veritatis emuli, MS bibl. Univ. Prag. VIII F 13, f. 244v)

283 cf. I. Tim. 1,13

286–288 cf. Galli o.c., 143–144

292 Gallus, o.c., 144

primo, quia ex illa sequitur, quod quilibet infringens preceptum Dei peccat mortaliter, quod est hereticum. Eciam Cornelius, postquam recepit Spiritum Sanctum Petro secum loquente, comodosse potuit recipere baptismum, antequam recepit, et tamen non pro toto illo tempore, pro quo potuit comodosse sumere baptismum et non sumpsit, peccavit mortaliter. Et ut estimo, adversarius fatebitur alta voce, quod baptismus cadit sub precepto, eciam dato quod dormiam existens virtuosus. 295
 G 242r **Ista est una veritas copulativa | me non sumere cenam Dominicam sacramentaliter et me posse comodosse habere eam, cum posse precedit actum sumendi, et tamen non tunc pecco mortaliter. Et sic patet clara improbacio consequencie iam preten- se, cuius consequens convertitur cum veritate copulativa predicta. Sentencia vero Augustini, quam allegat adversarius in isto processu quantum ad libertatem con- munionis quottidiane, que non cadit sub precepto, modicum facit ad suum propo- situm. Concedo tamen eam, sicut et alia verba Augustini | adducta de muliere menstruata. Sed tamen caudam, quam annectit adversarius ex suo capite, scilicet quod patet ex verbis Augustini, quod *magna cena sacramentalis non est precep- ta*, nego tamquam patentem ex verbis Augustini, cum ex eis non pateat, sed ci- cius lateat. Quantum ad casum adversarii de homine habente tantam fidem ut centurio iudicante se indignum per multos dies vite sue et moriente instantanee dico, quod ipsum dampnare nolo propter suam humilitatem, cum se tunc indig- num iudicat. Et estimo, quod adversarius dicet, quod homine iudicante se indigno et indisposito ad suscepcionem talis sacramenti non susciperet protunc ipsum, quia, ut videtur, hoc non esset ipsum comodosse recipere nec esset loci et tem- poris oportunitas, et sic circumstancie iste habite non sunt. Item ut opposicio adversarii appareat eadem in ista parte cum mea sentencia, supponam sibi unam supposicionem, quam non negabit, presertim cum dicit, quod *sequens doctores antiquos* in ista materia non errabit. Suppono ergo sibi, quod semel in anno con- municare, sive dicat adversarius sub una specie aut sub bina, cadit sub precepto ecclesie, tunc iuxta conceptum suum utinam utilem assigno sibi hominem, qui per** 300
 D 163r 305
 310
 315
 320

295 Dei : Domini G — 299 alta voce : voce alta G — 303 consequencie : quedam G — 309 sacramen- talis : sacramentalis etc. G — 310 patentem : potentem G — 310–311 cicius : pocius G — 312 et om. G — 314 homine : hodie G — 316 ipsum comodosse : comodosse ipsum G — 317 opposicio : opinio G — 319–320 non negabit...antiquos om. G

296 cf. Act. 10,44–48

305 cf. Aurelii Augustini Ad inquisitiones Januarii librum primum seu Epistolam LIV, c. III, MPL 33, 201

305 cf. Galli o.c., 144

307 cf. Gregorii Magni Epistolarum librum XI, Epistolam LXIV ad Augustinum, Anglorum episco- pum, responsonem beati Gregorii papae ad decimam interrogationem Augustini, MPL 77, 1194–1195 = D. 5 c. 4, Friedberg I, 8–9

311 cf. Galli o.c., 144–145

319–320 cf. Galli o.c., 144

totum annum illum velud alter centurio faciat se indignum dicens: „*Domine, non sum dignus, ut intres*“ etc.; an iste iam signatus tamquam alter centurio ex humi-
 325 litate abstinens a comunione per annum predictum peccat expresse contra preceptum ecclesie? Quicquid ibi dixerit adversarius, caveat, quia ex verbis suis salubabitur, hoc autem sciat adversarius, quod tantum sicut preceptum ecclesie de comunione magnificabit ipse, tantum alii preceptum Cristi de comunione sub utraque specie, aut magis alii defendent stante saltem vita et Deo ad hoc movente.

330 Ubi autem verba Crisostomi et Ieronimi adducuntur ab adversario Omelia XLVII^a super Iohanne | ad probandum, quod hec verba Cristi „*Nisi manducaveritis*“ non intelliguntur preceptive de manducacione et bibicione spirituali cum sacramentali, quia „*Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quicquam*“, et infra: „*Oportet ea, que de me sunt, spiritualiter audire*“, et infra: „*Verba, que ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt, nichil habencia carnale neque consequenciam naturalem*“. Et subdit adversarius illud Ieronimi „*Dupliciter intelligitur caro Cristi*“ etc., et consequenter concludit, quod ex hiis verbis Crisostomi et Ieronimi apparet sibi pronunc, quod false secundum caput proprium ascribunt sui adversarii Augustino, quod sua verba super illo textu „*Nisi manducaveritis*“ etc. debeant
 335 intelligi de utraque | manducacione simul preceptive. Et subdit, quod Augustinus exponit predicta verba de sola manducacione spirituali, que omnibus est precepta, secundum quod ponitur De consecracione distincione 4^a, ubi loquitur Augustinus ad Bonifacium contra heresim Pelagianorum, ubi sic dicit: „*Nulli aliquatenus ambigendum est, tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando in baptisate membrum Cristi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consorcio, eciamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participacione ac beneficio non privatur, quando ipsum hoc, quod ipsum sacramentum est, invenitur.*“ Hec sunt Augustini verba, que allegat adver-
 340

D 163v

G 242v

329 ad hoc om. G — 331 Iohanne : Iohannem G — 331–332 manducaveritis : manducaveritis etc. G — 335 vobis...sunt : etc. G — carnale : corporale G — 336–337 Et...Cristi om. D — 338 false : se G — 343 dicit om. G — 343–344 aliquatenus : itaque G — 345 participem : participacionem, percepccionem G — 349 invenitur : meretur G — Augustini verba : verba Augustini G

323 Matth. 8,8

330 cf. Galli o.c., 145–146

331 Ioh. 6,54

333 Ioh. 6,64

334 cf. Joannis Chrysostomi Homiliam XLVII in Joannem, MPG 59, 265

336 Sophronius Eusebius Hieronymus, Commentaria in Epistolam ad Ephesios, l. I, c. I, MPL 26, 451

338–343 cf. Galli o.c., 146

343 De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405, cf. Aurelii Augustini Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Romanae ecclesiae episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44, 570

sarius ad eius intentum probandum. Sed ut ex propriis quodammodo telis confun- 350
 datur, suppono sibi, quod Augustinus non est habendus alicubi in sua expositione
 suspectus, ubi predictum textum „Nisi manducaveritis“ exponit, nec sibi ipsi in
 eadem materia contradicit. Ista suppositione prehabita et concessa ab adversario
 videamus, an ex verbis Augustini sequatur, quod ille textus „Nisi manducaveritis“
 sit intelligendus ad sensum allegatum ab adversario. Ecce quid dicit Augustinus 355
 De baptismo parvulorum: „Aufferatur dubitacio: iam Dominum audiamus non
 D 164r *suspiciones | coniecturasque mortalium, non quidem hoc de sacramento lavacri*
dicentem, scilicet non habebit vitam eo carens, sed de sacramento sancte mense
sue, quo nemo rite accedit nisi baptisatus. Nisi manducaveritis carnem meam et
biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.“ Et subdit Augustinus 360
 ibidem: „Et ubi est, quod eodem loco de hac ipsa re ait: Panis, quem ego dabo,
 caro mea est pro seculi vita?“ Et ad propositum adversarii funditus destruendum
 ecce quid subditur pertinenter: „Quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis
 appellant, nisi quod dictum est: Salvos nos fecit per lavacrum regeneracionis,
 et quod Petrus ait: Sic et vos simili forma baptisma salvos fecit? Quid aliud 365
 eciam scilicet tenent, qui sacramentum mense Dominice vitam vocant, nisi quod
 dictum est: Ego sum panis vivus, qui de celo descendi, et: Panis, quem ego dede-
 ro, caro mea est pro seculi vita, et: Si non manducaveritis carnem Filii hominis
 et sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis. Et finaliter ad proposi- 370
 tum per hec sacramenta non nisi reatus in parvulis solvitur.“ Hec Augustinus. Ex
 cuius verbis patet plane mea sententia de sensu huius textus „Nisi manducaveri-
 tis“. Et quamvis possem hic adversarium nimis confundere secundum talia verba
 yppocritica et simulata, qualibus ipse utitur in suis scriptis, tamen supersedere
 volo, quia aduc, ut speratur, non est impossibile ipsum converti ad Deum, cum
 in consciencia sua viderit, quod erravit. Non autem tantum aduc dixit, ut quidam 375
 dicunt, contra istam materiam, sed fatetur suam semper ignoranciam, quin possit
 suum statum recuperare et ut alias Domini promovere causam. Patet eciam ex
 hiis verbis Augustini, quomodo adversarii huius veritatis katholice ex illis verbis
 G 243r allegatis | prius „Spiritus est qui vivificat“ et illis „Dupliciter intelligitur caro“ et
 D 164v consimilibus | ipsorum exigentibus demeritis excecantur. Ad tantum autem respi- 380

350 ex om. G — 351 alicubi om. G — 355 allegatum : negatum D — 356 Dominum om. D — 357 mor-
 talium : moralium G — 358–359 mense sue : sue mense G — 360 sanguinem meum : etc. G — 362
 seculi : mundi D — 363 baptismum om. D — 367–368 dederō : dabo G — 369 eius om. G — 370 sa-
 cramenta : argumenta D — 371–372 manducaveritis : manducaveritis etc. G — 380 autem : enim G

356 Aurelius Augustinus, De peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum, l. I,
 c. XX, MPL 44, 123; cf. Contra Ungarum, f. 242r

361 Aurelius Augustinus, o.c., MPL 44, 124

363 Aurelius Augustinus, o.c., l. I, c. XXIV, MPL 44, 128–129; cf. Contra Ungarum, f. 242r

379 vide lin. 334, 336

ciunt ad illam spiritualitatem, quod refutant omnem sensibilitatem illi sacramento venerabili pertinentem similes eis, qui nimis advertentes ad sensum moralem Scripture quasi calcem litteram abiciunt in dampnum eorum et periculum animarum. Et quot doctores super 4^{to} Sententiarum applicant illum textum „Nisi manducaveritis“ ad sacramentum venerabile et eius manducacionem, certum est, michi modo longum esset enumerare. Ne tamen adversarius ulterius decipiatur, advertat, quod scribit Gorram super illo Iohannis 6^{to} „Caro non prodest quicquam“ etc., ubi sic: „Propter hoc dicunt heretici, quod verba illa intelligenda sunt spiritualiter, ita quod non carnaliter; nec intelligendum, quod ad litteram sumamus carnem Cristi sub sacramento. Et dicunt discipulos fuisse reprehensos, qui hoc cogitabant. Unde dicunt, quod non est in sacramento altaris nisi sicut in signo. Sed pessime intelligunt, qui dum renuunt carnem, fugiunt veritatem. Etsi enim verba Cristi sunt spiritualiter intelligenda, tamen nichilominus debent esse vera. Propter hoc dicendum, quod caro, quam traxit de Virgine, est verus cibus. Quod autem dicitur, quod non prodest quicquam, intelligitur dupliciter: vel quia nichil prodest sine spiritu, sicut enim carbo non conburit nisi ignitus, tamen ignitus urit, sic caro Cristi, si separetur a Verbo, non accendit, sed Verbo coniuncta est tamquam ignitus carbo. Aliter respondetur, quod caro nichil prodest secundum carnalem intelligenciam, sic intelligendo, quod Cristus carnem suam daret dividendo sicut carnes in maccello et materialiter masticando sub forma carnis. Talis, inquam, intelligencia non prodest, sed quod vera caro sine sui seccione in sacramento comeditur.“ Hec Gorram ubi supra. Cuius doctoris verba si noster adversarius intelligere voluerit, oportet prius, quod omnem antiquam superbiam et yppocrisim deponat, et verba huius doctoris sincere advertat. Et ut clarius doctoris verba percipiat et suum dimittat sensum sinistram, notet primo, quomodo doctor dicit, | quod heretici dicunt, quod verba illa intelligenda sunt spiritualiter, ita quod non carnaliter; nec intelligendum, quod ad litteram sumamus carnem Cristi sub sacramento. Hic peto ab adversario, que fuerunt illa verba, que heretici dicunt, quod intelligenda sunt spiritualiter et non carnaliter? Si dixerit, sicut oportet ipsum dicere finaliter, quod hec sunt illa verba „Nisi manducaveritis“ etc., tunc cum noster adversarius scit, quod ipsa sic sunt intelligenda, caveat ipse, quid

D 165r

381 spiritualitatem : spiritualem G — sensibilitatem : sensibilem G — 383 litteram : litteralem D — 384 quot om. D — 384–385 manducaveritis : manducaveritis etc. G — 386 modo : nimis G — enumerare : enarrare G — ulterius : ullus G — 387 quod : quid G — illo om. D — 390 dicunt : tunc D — 394 Propter : tamen propter D — 397 separetur : separatur G — accendit em. sec. Bonaventuram : attenditur D : accedit G — 398 est om. D — 403 prius : enim primo D — 404 sincere : sinceriter G — 404–405 doctoris verba percipiat : percipiat doctoris verba G — 407 sumamus carnem Cristi : carnem Cristi sumamus G — 410 manducaveritis : manducaveritis carnem Filii G

387 Ioh. 6,64

388 Bonaventura, o.c., 338

sequitur, et advertat ultra, quod *heretici dicunt* non intelligendum *ad litteram*,
 G 243v quod *sumamus carnem Christi sub sacramento*. Hic peto, que littera hoc | senten-
 ciat, quod caro Christi sit sumenda sub sacramento? Dicit adversarius (consciencia,
 etsi non ore) ista littera „*Nisi manducaveritis carnem*“ etc., quia circa illam 415
 litteram inciderunt illi heretici in suam heresim, et per consequens illa littera sig-
 nificat veris cristianis, quod sub sacramento sumenda est caro Christi. Et quod
 subdit doctor, notet adversarius, quod ista carnalis *intelligencia*, qua intelligitur,
 quod *Christus daret carnem suam dividendo sicut carnes in maccello et materialiter*
masticando sub forma carnis, non prodest. Super isto queritur ab adversario, 420
 que verba Christi sic ab hominibus carnalibus intelligebantur, et dicit hec verba
 „*Nisi manducaveritis*“ etc. Sed que ergo est bona et sana illorum verborum intel-
 ligencia, hoc refert doctor, cum dicit: „*Sed quod vera caro sine sui seccione in*
sacramento comeditur.“ Et sit Deus benedictus, iste sensus consonat nostro sensui
 discrepando a sensu nostri adversarii. Concedat autem Deus, quod non proter- 425
 viendo, sed humiliter et ad profectum mentis sue istam paginam advertat et non
 culpabiliter negligat adversarius in detrimentum anime sue sempiternum. Et
 quoad illud, quod prius dicit adversarius de expositione Augustini, quod *exponit*
illa verba „Nisi manducaveritis“ de sola manducacione spirituali, sicut patet, ut
 dicit adversarius, per verba eiusdem Augustini De consecracione distincione 4^{ta}. 430
 Sed habens unum oculum et altero carens, si non insaniet, possit statim percipere,
 D 165v quod ibi illum textum non sic exponit, sed contra | heresim Pellagianorum invehit
 declarans quemcumque fidelium tunc fieri participem corporis et sanguinis Do-
 mini, quando in baptisate membrum Christi efficitur, nec alienari a consorcio
 panis et calicis, eciamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc 435
 seculo in unitate constitutus abscedat, adiungens quod participatione illius sa-
 cramenti ac beneficio non privatur, quando ipsum hoc, quod ipsum sacramentum
 est, invenitur. Ex hac sententia Augustini patet adversario cicius Augustinum lo-
 qui hic de manducacione illa spirituali, de qua loquitur adversarius in habitudine
 et in respectu ad sacramentalem, cum hic dicit Augustinus „*nec alienari a con-* 440
sorcio panis et calicis“, et similiter quod „*participatione illius sacramenti ac*

415 littera : verba G — carnem om. G — 416 inciderunt : incidunt G — per consequens : consequenter
 G — 417 Christi : Cristi etc. G — 420 Super : Sic per G — 421 Cristi om. G — 427 adversarius om.
 G — anime sue : sue anime G — 428 exponit : exponeret G — 429 manducaveritis : manducaveritis
 etc. G — 431 insaniet : insaniret G — possit : posset G — 432 sic om. G — 433–434 Domini om. G
 — 438 invenitur : memoratum G — 440 in respectu : intellectu G

423 Bonaventura, o.c., 338

428 cf. Galli o.c., 146

430, 432 cf. De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405, cf. Aurelii Augustini Contra duas epi-
 stolas Pelagianorum ad Bonifacium, Romanæ ecclesiæ episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44, 570

440 De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405

beneficio non privatur“. Et sic non sequitur, quod Augustinus exponit textum prefatum saltem in hoc loco, ut adversarius innuit, tamen hoc concedo adversario, quod Augustinus hic innuit plane multos posse salvari absque manducatione sacramentali, quod etiam ego concedo, quia non dicimus, quod est de necessitate simpliciter absolute, sed condicionata.

Adversarius ultimate in quadam sua responsione dicit, quod sibi apparet nos iniuriam facere Remigio dicentes, quod *indicit necessitatem sumendi sub speciebus sacramentalibus*, ubi asserit caudam, in qua se declaravit nos abstraxisse et ad placitum nostrum pauca verba sumpsisse. Sed quamvis adversarius consimiliter esset salutandus, ut nos salutet, quia ipse caudam capit et non principium, tamen ad sententiam tangendam condescendam, ut ipse videat, an | suum *apparere* sit evidencius quam nostrum *dicere* quoad scripta Remigii. Ecce verba Remigii: „*Ad hanc spirituales alimoniam, ad hunc misticum et divinum cibum Dominus nos invitavit, tantamque necessitatem huius alimonie nobis indicit, ut aliter vitam in nobis habere non possimus, nisi carnem eius manducaverimus et sanguinem biberimus.*“ Hec ille. Quamvis hec sententia Remigii patet satis plane ex verbis Augustini | prioribus in De baptismo parvulorum et etiam doctoris Gorram, quem allegat adversarius, tamen suppono adversario, quod Remigius in loco allegato vocat illam *alimoniam*, de qua loquitur, illam *carnem*, et in eadem habitudine, de qua Christus loquitur dicens: „*Qui manducat meam carnem, vivet in eternum.*“ Isto admissio sequitur, quod illa alimonia pertineat ad sacramentum sensibile, quia sic est de illa carne, de qua Christus loquitur, ut patet per Gorram respondentem ad unum motivum, quo arguitur, quod Iudas manducavit carnem eius et non vixit in eternum, et certum est, quod non manducavit carnem eius, ut loquitur adversarius, sic videlicet quod *mansit in Cristo et Cristum mansorem in se* habuit. Et ideo dicit, quod ille textus intelligendus est catholice, sic scilicet „*qui manducat digne et ab illa dignitate non recedit, vivet in eternum*“. Ut autem

G 244r

D 166r

442 *privatur* : *privatur* etc. G — 443 *tamen hoc* : *hoc tamen* G — 446 *absolute* : *et absoluta* D — 447 *sua responsione* : *ratione sua* D — 448 *dicentes* : *docentes* G — *indicit* : *indicat* G — 449 *nos om.* G — 450 *sumpsisse* : *nos sumpsisse* G — 455 *huius* : *huiusmodi* G — 457–458 *satis plane ex verbis* : *ex verbis satis plane* G — 458 *et om.* G — 465 *et non...eius om.* G — 466 *mansorem* : *manentem* G

447–449 *cf. Galli o.c., 146; cf. etiam Iacobelli de Misa o.c., 136*

454 Remigius Antissiodorensis, Homiliae Quadragesimales, MS bibl. Univ. Prag. X A 13, f. 69r^b; *cf. Iacobelli de Misa, o.c., 136*

458 *cf. lin. 356*

458–459 *cf. lin. 75 seqq.*

459 *cf. Remigii Antissiodorensis o.c., f. 69r²–v^b*

461 *loh. 6,55*

463–467 *cf. Bonaventurae o.c., 335*

466 *cf. Galli o.c., 147; cf. Remigii Antissiodorensis o.c., f. 69v^b*

468 Bonaventura, *ibidem*

adversarius restringit semper manducacionem carnis, de qua fit mencio Iohannis 6^o, ad manducacionem illam spiritualem, nemo potest sic manducare nisi digne, 470
 sed ut patet ex hiis verbis Gorram, aliquis potest manducare carnem Cristi indigne. Et ecce quod ait Crisostomus ad probandum necessitatem saltem talem, de qua nos loquimur, in suo Dyalogo libro 3^o, capitulo quinto: „*Illud est misterium, sine quo nobis nec salus, nec ea que bona sunt promissa divina, redduntur. Nemo enim valebit ingredi in regnum celorum, nisi ex aqua renatus fuerit et Spiritu. Et qui non manducat Domini carnem nec bibit eius sanguinem, non habebit vitam eternam, que per nullius alterius quam sancti efficiuntur manus sacerdotis.*“ Ex quibus verbis patet volenti inutiliter protervire, quod loquitur de carne Cristi et sanguine sub speciebus. Et gracias reddo Deo, quod adversarius circa finem scripti sui ponit verbum obligacionem includens circa hanc mensam Dominicam sacramentalem, cum dicit: „*Ad hanc mensam homo debet accedere in magno timore.*“ Et si sic tunc homo obligatur ad accedendum ad hanc mensam, quo dato 480
 sequitur, quod loco et tempore oportunis positus | graviter peccat, qui illam mensam adire negligit, et sic sub precepto videtur cadere circumstanciis adhibitis et requisitis. 485

Alia autem, que apponit adversarius, que non sunt contra nos, iam non reitero, cum hoc nec sibi nec michi videtur utile. Si tamen alias videbitur adversario, quod aliquid ommisi intactum ad quod non respondi, illud signet, et vel habebit verbo vel scripto responsum aut utroque modo, si affectaverit. Hec autem omnia dicta sunt cursorie, et ideo si alicubi sit verborum inutilitas aut superfluitas aut 490
 alius defectus verbo vel sententia, correccioni submittit se, qui hec scripsit. Volo autem alias, prout superius dixi, si videbitur opportunum, adiungere finaliter auctoritates quasdam sonantes, quod illa cena sacramentalis sub precepto cadit, et per consequens esset necessaria. Affecto tamen prius, | si hoc poterit esse, quod ille, cuius dicta et scripta particulariter salutavi, aliquid contra istud meum scriptum 495
 si sciverit, manifestet, quia secum caritativam luctam inire cupio, quousque unus nostrum casum arripiat altero non cadente, aut si Deus hoc concesserit, quod simul stemus in veritate, quam Cristus instituit, tamquam pugilles Dei veri. Sic enim stare nobis concedat, qui sine fine vivit et regnat. Amen.

472 quod em. : quid codd. — 473 nos loquimur : nobis loquitur G — 484 videtur cadere : igitur cadetur G — 487 cum om. G — videtur : videtur esse G — 488 vel om. G — 498 in : cum G — 499 stare nobis : nobis stare G — sine fine om. D — regnat : regnat in secula seculorum D

469 cf. Ioh. 6,54

473 cf. Joannis Chrysostomi De sacerdotio, I. III, c. 5, MPG 48, 643

481 Gallus, o.c., 147

499 nobis concedat...regnat : cf. Propositio magistri Petri Anglici... habita in sacra congregacione generalis concilii Basiliensis die XVI. Januarii 1433, in: Petri Payne Anglici Positio, replica et propositio..., ed. F. M. Bartoš, Tábor 1949, 80

D 166v

G 244v